



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio Perfectionis Libri Dvo

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XIIX [XVIII]. Oratio mane recitanda, constans hisce partibus: oblatione, adoratione, gratiarum actione, protestatione, omniumq[ue] pæne virtutu[m] exercitio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

occurrunt, versiculum illum assumant: *Deus, adiutorium meum intende.* Cuius si singula verba perpendantur ac pōderentur, haud frustra profecisse inueniemus. Nullam vero adhibere positionem allatis versiculis *Aspirationum*, quod ea satis obuia sit consideranti ac meditati: cui gratius iucundiusque erit, quod meditatione adeptus fuerit, quam quod alieno patre labore, postmodum nobis occurreret occasio nullas latius explicandi.

CAP. XVIII.

Oratio mane recitanda, constans hisce partibus: oblatione, adoratione, gratiarum actione, protestatione, omniumque pene virtutum exercitio.

102. **V**T Praxis illa *Aspirationum* recitatur facilius, expedit matutino tempore orationem aliquam, adiuncta protestatione, praemisisse; cuius in breuioribus orationibus vis omnis consistat: qualis esse posset, hic subiiciemus.

Partes orationis.

I. *Culpa confessio.* **I.** Omnipotens Domine, Deus adorandissime: quod filii parentibus male condeferre & solent, & vero debent, ut eis nimis bene precentur, id ipsum facturus adueniens, ut digne faciam, prostratus benedictionem tuam suppliciter postulo; utque delicta omnia mea

Oratio.

illa & magna, quæ lubenter agnosco & cō-
tor cum vero emendationis proposito, mihi
profcas, demississimè rogo.

Adfero mecum quidquid habeo facultate
m, siue illæ extra me sint, siue in corpore, siue
anima: vtque tres Magi, a pertis thesauris
is, largiter munera tibi obtulerunt: ita & ego
on tantum bonorum meorum maiorem par-
tem, sed totum, quidquid est à te mihi concessum,
(aliud enim nihil habeo) tibi reddo ac cō-
dico, vtraque omnia quæ vniquam emisi, de-
deri omnia quæ vniquam habui, renouo ac
peto. Denique offero tibi quidquid sum, pos-
sum, & habeo; quidquid fecisti, quidquid potes,
quidquid es. Hæc enim omnia si haberem, illa
tibi ex animo redderem.

Reuoco autem omnes prauos conceptus,
cogitationes, affectiones, passionés, ac deside-
ria, quæ vel olim vel etiam recenter in me exor-
tuerunt; & me tibi restituo totum, vtinam sine
macula, sine macula!

Quod si mihi tot vitæ forent, quot in mari
gutta, quot arenæ grana, quot in cœlis stellæ,
quot atomi in aere; omnes illas Maiestatis tuæ
obsequio lubentissimo consecrarem. Si tot mi-
hi essent opes, quot mundus posset continere;
illas omnes diuino tuo cultui, tuisq; fovendis
membris, dedicarem. Si tot mihi corpora, quot
manant in corporib; quantitate præditis; illa om-
nia beneplacito tuo manciparẽ. Si tot animi ac-
tiones, quot foliorũ motus & animorũ, quot
venæ, quot denticuli, quot apices in foliis, eos
omnes

2.
Oblatio.
Matth 23.

3.
Votorũ
desideriorũ
renouatio.

omnes sanctissimæ voluntati tuæ submitte-
rem.

4. *Actus s-*
dei. III. Credo, Domine, quidquid per Ecclesiam
Catholicam, Apostolicam, Romanamque con-
dendum proposuisti : & ne timore nimio
5. *Sper.* infirmitatis meæ ac peccatorum considerati-
ne cōcepto, nimium diffidat animus, spem
nem meam in tua bonitate meritisque Domini
mei Iesu Christi repono,

6. *Diffiden-*
tia. At ne rursus mihi quidquam arrogem,
ex me nihil habeam, neve mihi placeam plura
quo, statuo omnibus in rebus à te pendere,
xilium opemque implorare, sciens te pro
dium tuum implorantibus semper adesse,
vt faciam, meique sim memor, humiliter
plico ac rogo; vt, dū mei tuique obliuiscar,
fragilis & labilis tu, Domine, non obliu-
ris. Moneat me Angelus, quem mihi præ
deputasti: illi curam mei singulariter commen-
da: me portet in manibus, ne forte offensa
ad lapidem pedem meum; super aspidem &
filiscum ambulem, & conculcem ipso adu-
7. *Ibidem.* leonem & draconem, dixisti enim Domine
Psal. 90. Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam
eum quoniam cognouit nomen meum.

7. *Caritatis.* IV. Diligam etiam te, Domine, totis virtutibus
meis, tota mente, totaque anima. Doleo
non maiore sensu erga te affici. Quidquid
men sit de sensu, diligo te toto corde meo. O-
diam legi tuæ ad mortem vsque, quam parat
animus lubenter excipiet pro religionis hono-
risque tua amore ac conseruatione.

Quidquid affectus est in me, quod in aliqua
 etiam in omnibus creaturis, quantumcum- *Psal. 72.*

re amicus, repositum sit, id omne ad te reuo-
 consero, atque repono; adhærere mihi &
 certum est. Utinam te præsentem se-
 rvideam; in amplexibus tuis quiescam, te-
 colloquar, de te cogitem per diem, de te
 omnem per noctem; sitque omnis recreatio
 mea, cibus, & refectio, tecum perpetuo ver-

Tibi quoque per omnes miserationes tuas
 applico, ut quidquid hac die & omni æternita-
 tegero, siue bibam, siue edam, siue ambulem,
 quid aliud mente, ore, opere contrectem,
 cedat ad gloriam nominis tui: id enim i-
 cupio, ut omnibus in rebus tibi soli com-
 ceam. quod ut semper faciam, tu memorem
 facito; & si id vel occupato, vel ex infirmi-
 tate aut obliuione exciderit, ut promptissimæ
 voluntatis ac resolutionis ra-
 tionem habere digneris.

Quia vero, sempiternæ Domine, princi-
 pium meum finisque meus es, ut & rerum om-
 nium; te toto animo corporeque prostratus a-
 doro ac veneror. Vnicum doleo, quod magni-
 tudinem tuam & infirmitatem meam minus suf-
 ficienter agnoscam, & pro dignitate reuerentiã
 tibi non exhibeam. Scio, Domine, quia in con-
 tactu tuo puluisculus sum, ideoque, ut æquum
 est, in centrum vsque terræ meique nihili me
 torsus abdo ac demitto.

VI. Cumque præter propensam in te volun-
 tatem

8.

Adoratio.

9.

Humilitas.

10.

Gratitudo.

tatem nihil in me inueniam quod offeram, ad
 ea, quæ mea causa condidisti ac parasti, confis-
 gio: ac in primis Filii tui Domini nostri I. e. s. i.
 Christi ardentissimum in te amorem, obedien-
 tiam, virtutesque omnes, quibus ornatus
 quasque vniquam exercuit, à primo concep-
 tus suæ instanti, & æternum exercebit, offe-
 rius eius; corda inflammata omnium Ange-
 rum, Patriarcharum fidem, Prophetarum
 stantiam, Apostolorum labores, Martyrum
 nas, Confessorum sanctitatem, Virginum
 ritatem, totiusque cælestis Curie cogitatio-
 motusque omnes, qui tibi vniquam placere
 placebuntque in omnem æternitatem.
 do Sanctorum omnium (siue ij tibi iam ac-
 siue viatores in caritate seruiant Maiestati
 internos externosque actus; omnia facta
 quæ nunc per vniuersum orbem offeruntur
 quæque omnes vniquam mortales obtulerunt
 ab Abel iusto, offerentur æternis sæculis, tu-
 nium ite Religiosorum laudes, orationes, con-
 tificationes, curas in animis iuuandis, Sacra-
 mentis administrandis, verbo Dei prædicandis
 iustorum item omnium opera, tribulationes, i-
 dolores, ac labores: quibus omnibus voluntatem
 meam adiungo, ac vota, & particeps habere
 percipio. Iungo his quoque quidquid in
 creaturarum, siue ex existant, siue interierint
 aut futuræ sint, siue etiam in actu transeunte
 sistant, optoque ex animo, vt quidquid in his
 niest aut naturale quod à te perficitur, cum
 dzm

onibus, tum etiam in perditis hominibus
adet & prædicet: solo eo damnato, quod pec
turpitudinem ac rationem cõtinet. In opta
mibi est etiam, omnium rerum Esse infinities
multiplicatum in linguas ardentissimorum Se
him conuerti, vt saltē partem aliquam ma
rudinis tuę attingant, attollant, & glorificent
fecula.

II. Quod muneris mei est, et si sit exiguum
Maieitati tuę ago quantas possum maxi
propter magnam gloriam tuam : quæ in
maxime relucet, quod naturam tuam, te co
cedo, Verbo tuo communicaueris; quodq;
ad amando, Spiritum sanctum spiraueris, ab
roque ineffabili modo procedentem, natura
potentia cum vtroque parem: quodque eun
tuum Filium, pro salute humani generis
arnatum, infinita gratia donaueris, & ex eo
quam Oceano, beatissimam Matrem, Apo
stolos, infinitosque alios, & quidem bono
stro, cumulate repleueris. Verum modus i
admirus est, atque adorandus, nec beata
mentium linguæ ad eum explicandum lau
andumque sufficiunt. Quid enim, mi Do
ine JESV, (vt ad te nostra conuertatur
ratio) quid, inquam, te coegit, vt pro matre
gunculam eligeres? in stabulo nascere? à pa
toribus & gentilibus Magis agnoscereris? Ita
tibi complacitum est, ô Pater æterne: vt
im indignissimos seruos redimeres, Filium
didisti.

Quid hoc est, beatissime Pater? Filius tuus,
qui

II.
Gratiarū
actio.

qui factus est nobis iustitia, verusque agnus sine
 macula, circumcidi voluit, offerri in templo, et
 si nulli seruituti aut redemptioni obnoxius. Quis
 cælo terræque imperat, ac vniuersum (quod
 vult) tremefacit orbem, fugit nihilominus per
 secutorem, & Ægyptum petit, parentibus
 dicit: vir factus, quadraginta diebus ac noctibus
 omni cibo abstinet, à dæmonibus tentatur, &
 trectatur; deterrimisque eorum manibus
 sportatur: quod dignationis genus omnem
 ptum superat. Quot laboribus Euangelium
 disseminauit! qua humanitate discipulos
 qua benignitate peccatores excepit! quæ
 quod Ecclesiæ de sacrificio iugi volens
 cere, corporis & sanguinis sui communica-
 nem reliquit? Quot pœnas, dolores, & contumelias
 ta sustinuit: quam immanem mortem! quam
 cum infamia coniunctam! Ne spes nostram
 ciderent, resurgere tertia die voluit, locum
 de in cælis præparare ascensione sua: deum
 Spiritus sancti in Apostolos immitti
 bus facibus vniuersum mundum incendi
 laudes, quas gratiarum actiones, pro hisce
 finitis aliis beneficiis tibi rependam, Domine
 Interea & fructus huius tantæ benignitatis
 ad me quoque dimanauit. Inter faces & lucem, passio-
 terræ huius hærebam vermiculus: quem omnia
 clementiæ intuitus, vt ab æterno, ita & in
 pore euulsisti de stercore, & inter filios tuos
 ter amicos tuos collocasti: vt discam timere
 mare te, qui amas creaturas tuas, & nihil
 sti eorum quæ fecisti.

Sap. II.

Obsecro igitur te, Domine, vt propter
 gentia hæc beneficia te amem; sed magis quia
 es, & amabilis valde. Infunde in me a-
 tem tuam, & illa quæ illum promoueant.
 mihi sapientiam, quæ veniat de sede Maie-
 statis tuæ, quæ mecum sit, & mecum laborer; vt
 quid acceptum sit coram te omni tempo-
 re. Adde prudentiam, quæ opera mea omnia di-
 rigat, vt ab errore vindicata, felicem exitum for-
 metur. Da profundam humilitatem, magnum
 amorem, patientiam inuictam, fortitu-
 dinem & constantiam, paupertatis amorem,
 castitatem, obedientiam indefessam
 misericordiam, benignitatem, mansuetu-
 dinem, ceterasque laudes ac animæ ornamenta;
 & tollere eas, quarum vitio contrario labo-
 rando, virtutem item contrariam inserere.
 Nunc cepti. Da quod iubes, Domine; & iube quod
 iubeo. Vnicum superest, quod vehementer ti-
 meo, scilicet in aliquod peccatum ex infirmi-
 tudine mea prolabar. Multæ occasiones occurrunt;
 dolores, cum externi ferocissimi,
 interni perniciosissimi: concupiscentia nã-
 que, passiones, ac prauæ affectiones sæpe mole-
 stant, ac voluntas numquam à lege tua ac volunta-
 te recedere non modo cum de amicitia tuæ dif-
 fidentia agitur, sed ne in minima quidem re.
 de voluntate tua aliqua ratione mihi consta-
 t, in omni re, etiam libera, manibus ac pedi-
 bus

12.
Sapientia.
Sap. 9.
 13.
Prudentia.
 14.
Humilitas
& alia vir-
tutes.
Locus exa-
mini parti-
culari depu-
tatus.
Psal. 76.
S. Aug. lib.
10. Conf. c.
 29.
 15.
Timor Dei



bus in eam totus ferar: etiamsi vel muscae alliceris
ius motu tantum ea mihi innotesceret aut in-
nuaretur.

16.
Protesta-
tio.

X. Quod si forte per imprudentiam quicquam
cogitauero, dixero, fecero, quod beneplacito
tuo repugnet; coram te, Domine, totaque
ria tua caelesti protestor, id praeter & contra
luntatem meam fieri. Si aliter accidat: con-
rere, Domine, & illico errantem reuoca, ca-
tem subleua: & ne id contingat, propter bo-
tatem tuam obtestor te, misericordissime
ter, vt me praeuire digneris in benedictio-
bus tuis, vt me tamquam rem tuam possideam
& regas. Quidquid sit de libero arbitrio
quod tibi potest repugnare, illudque, quod
i. a visum est, posuisti in manu voluntatis
cedo iuri meo vt illud cogas, si opus est: quod
quam sic mouere potes gratia tua, vt coactum
opus non sit: illud, si placet, vincias, ne con-
te rebellet, nihil contra voluntatem tuam
mittat; vnice velit quod tu vis, vnice nolit
non vis; vnica eius voluntas sit, voluntatem
beneplacitum quaerere ac facere: tuus
sum creatione, conseruatione, redemptione,
speciali vocatione, naturae conditione, volun-
tis propriae electione. Iniuriam tibi ini-
rem tuam impetum facit, qui possessione
excludere nititur: & meam vult, non tuam
voluntatem. Heu quanti salus mea tibi
stitit! vt me creares, vno verbo factum est: vt
redimeres, sanguinis tui profusio necessaria
dicata est. Quidquid sit de vtroque, fac de

tibi me eris reddi, & mihi abunde saris
 Cum à te aliquid peto, si tibi minus placeat,
 scilicet: id enim solum peto, quod vis, non quod
 volo. Ne largiare petenti, quod honori
 derogare, quod voluntati repugnare, quod
 possit obesse: id enim solum mihi obest,
 quod tibi non placet. Si quid mihi concedas, id
 odium mei, amor tui. Si vel minimas fibras
 iudicijque proprii in me inuenias,
 ut spiritus euellere ne differas: illæ enim sunt
 sanctissimæ voluntati tuæ aduersantur ac
 obicent. Indignum dictu est, Deus poten-
 tissime, miseriam meam misericordiæ tuæ, ma-
 gnam clementiæ ac bonitati, nihilum meum
 omnipotentæ tuæ, fragilitatem meam viribus
 paupertatem diuitiis, humilitatem meam
 firmitati tuæ indignam condicionem meam
 clementiæ tuæ, labilem voluntatem æternæ &
 immutabili, denique id quod non est, ei quod
 præponi. quod accidit, vbi in me voluntas
 tua, non tua, fit. Idne patiere, Domine? honor
 agitur, honor Filij tui: eius enim merita in-
 terpono, eius preces, eius lacrymas. Plusne tri-
 bues peruersæ meæ voluntati, quam Filij tui tot
 supplicij ac doloribus? non credo. Exaudi ergo
 precationem meam, Deus meus: & concede
 mod non tantum mihi, sed ad gloriam tuam
 promouendam postulo, meritis & precibus bea-
 tissimæ genitricis Filij tui, qui tecum viuit & re-
 lat in vnitæ Spiritus sancti Deus per omnia
 secula sæculorum.

Hæc oratio pæne omnium virtutum cõ-

Bbb 2 tinet

